



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Decreta Provinciae Mediolanensis Svb B. Carolo Borromeo, Cardinale
Archiepiscopo, Diuersis temporibus in sex Concilijs, totidemq[ue]
voluminibus edita

Speciano, Cesare

Brixiae, 1603

Tit. XXXVI. De Mvlieribvs Convertitis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10553

Quavis ex causa monialis, vt criminibus obuietur, è clausura.
ne educatur. Cap. CXVIII.

Occasione correctionis, pœnitentiæ seu examinis, in causis etiam cri-
minibus, & grauioribus, monialis, è clausura ne educatur, etiam
si in aliud monasterium, locumve pium conducenda, ne ad breue qui-
dem tempus.

Facultas ingrediendi in scriptis habenda, nisi cum Episcopo ingre-
diatur. ea quæ vt concedatur soli Vicario generali deman-
dari poterit. Cap. CXIX.

Vid. sup.
eo. cap.
112.

Facultas ingrediendi septa Monasterij nulla detur nisi in scripto, ne-
que verò quæ sine scriptis concessa est, cuiquam suffragetur, nisi quan-
do vnà cum Episcopo is Monasterium ingreditur. Episcopus autem
solummodo, ac nullo modo Vicarius generalis, hanc potestatem faciat,
nisi speciatim ei Episcopus auctoritatem delegauerit, qua alijs ingrediendi
facultatem dare possit, atque Episcopus quidem, eam auctoritatem mi-
nimi alij demandet, nisi Vicario tantum generali, ac neque ei item cum ipse
presens est.

Prælati omnibus in subditis monasterijs, quando & cum quibus in-
gredi liceat. Cap. CXX.

Episcopi, & Prælati omnes tam seculares, quàm regulares, quibus mo-
nasteriorum monialium, quouis modo cura concredita est; facultate
sibi ex officio data, in ea ingrediendi ita demum vtantur, ut scilicet
cum necessaria causa vrget ingrediantur, paucosq; comites, & eos quidem
seniores, ac religiosos homines secum adhibeant; pœnas, ac censuras Gre-
gorij XIII. constitutione ipso facto inflictas, subeant, quam constitutionem
accuratè seruent inferius impressam.

Hæc cõ-
stit. edita
fuit die
23. Decem-
b. 1581.
Incipit
Dubijs
in Bull.
Ite isti
Pontif.
Const.
nu. 75.
to. 1308.

DE MULIERIBVS CONVERTITIS. Tit. XXXVI.

Vt mulieres conuertitæ recipiantur, & professionem emittant
aliarum maior pars sufficit, vt consentiant.

Cap. I.

REGLIÆ, constitutionesve speciatim editæ de pœnitentijs
mulieribus, quæ professionem emittunt, seruentur, nè in ijs reci-
piendis consensus duarum partium monialium requiratur, ut Con-
cilio Prouinciali primo sancitum est: id quod in alijs solum mo-
nialibus locum habere hoc loco declaratur, sed maior pars satis sit etiam
in professione emittenda.

Numerus

Numerus ipsarum non constituendus, & eleemosynæ pro earum vi-
tū qualiter expendendæ. Cap. II.

NEC verò in earum mulierum domicilijs certus numerus constitua-
tur; nec rursus in ijs locum habeat, quod de eleemosyna loco dotis,
alimentive, eiusq; summa, & additione in monialium monasterijs
prestare decretum est; sed illud in necessarijs alimenti expensis erogetur: re-
liquum autem in alias monasterij necessitates, aut in bonorum immobilium
emptione arbitrio superioris conuertatur.

Pro earum professione, renunciatione, & obligatione, & si dum pro-
bantur, quid datur, vel recipitur, circave probationem,
conuersasque habendas quid seruandum.
Cap. III.

IIS mulieribus liceat professionem emittere, ea ætate, eaq; temporis pro-
bationis spatio, quibus iure communi licet, aut earum constitutionibus
speciatim cautum est.

In earum præterea renunciatione, & obligatione, constitutiones earum, &
earum superioris, aut ius commune seruetur.

Neque nouitiæ, si quid in anno probationis dederint, mulieresve accepe-
rint, pœnis plectantur, nisi speciatim aliter caueatur.

Mulieres item, quas absoluto probationis anno, non habiles esse, neq; ido-
neas ad professionem compertum est; aut si profiteri illæ recusauerint, e mo-
nasterijs, nisi causis iure permissis, ne eijciantur. Verùm Episcopus probatio-
nis, nouitiatusq; tempus proroget licet.

Ne verò item, quæ mulieres habiles non sunt ad officium, uel umq; ni-
grum suscipiendum, etiam si domus illa conuersis opus non habeat, contra in-
stitutum repellantur.

De his
mulieri-
bus i Co
ci. Tolof.
4. c. 54.
in princ.
Tom. 3.
Concil.
Trident.
sess. 25.
de Regu-
lar. c. 18.
ad finē.

